



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. I. De studio Perfectionis, Oratione, Verbo Dei, & Sacramentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT I.

De Studio Perfectionis, Oratione,
Verbo Dei, & Sacramentis.

SECTIO I.

De Studio Perfectionis, & Oratione.

*Ad omnem vir-
tutem connitend-
um.*

1. **P**remittendum est, omnibus
constanti animo incumben-
dum esse; ut nihil solidæ per-
fectionis, quod Divinâ gratiâ
consequi possint, prætermittant; curent-
que semper in via divini servitii progres-
sum facere. ^a Atque in hujusmodi studio
majus momentum, quàm in doctrina, vel
aliis donis naturalibus, & humanis esse du-
cant, etiam ad juvandos proximos: nam
media illa, quæ cum Deo instrumentum
conjungunt, ut à Divina manu rectè gu-
bernetur, efficaciora sunt; quàm quæ illud
disponunt erga homines. ^b Sciant etiam
quomodo se contra omnes tentationes
tueantur: duoque potissimum hoc in ge-
nere præstent; alterum, ut eas antevertant
adhibitis earum contrariis; alterum, ut
nullam earum celent, quam vel Præfecto
spi-

^a Ex. c. 1. §.
2. & P. 3. c. 1.
§. 10. & P. 6.
c. 1. §. 1. &
Reg. Præf.
Spir. & R.
Præp. & Rect.
c. 3.

^b P. 10. §. 2. &
In. 13. c. 1. §.
1. & Cl. c. 3.

spiritus, vel Confessario, vel Superiori non aperiunt. *e* Ad omnigenæ verò Perfectionis studium exercendum, quæ Summario Constitutionum comprehensa singulis mensibus publicè præleguntur, mirificè conducunt: & Instructio Patris Claudii ad augendum, conservandumque spiritum in Societate; præter Epistolas parenæticas Præpositorum Generalium, identidem in Refectorio legi solitas.

2. Descendendo autem magis ad particularia; omnes rectam habere intentionem studeant, non solum circa vitæ suæ statum, verum etiam circa res omnes particulares; id semper spectantes, ut in eis placeant Divinæ Bonitati; exuentes se, quantum fieri potest, amore omnium creaturarum; *d* & quanto arctius aliquis se Deo adstrinxerit, & liberaliorem præstiterit, tanto eum in se liberaliorem etiam experietur. *e*

3. Huic animi promptitudini (quæ vera devotio est) quærendæ, suum quisque tempus rebus spiritualibus impendat: & Superiores hanc rem, utpote rerum nostrarum animam, præcipuâ curâ versent. *f* Id autem cum diversimodè, pro diversitate classium, in Constitutionibus commendatur; ut supra sigillatim suis locis expositum est: post repetitas hæc super re Consulta-

e P. 3. c. 1. §. 10. & 12. 13.

Recta Intentio.

d Ex. c. 1. §. 3.

& P. 3. c. 1. §.

26. & P. 10.

§. 2. 3.

e P. 3. c. 1. §.

22.

Oratio mentalis

quotidiana, &

Examen.

f P. 3. c. 1. §.

20. & R. com.

1. & C. 11. D.

30. & Cl. c. 3.

& C. 2. D. 29. sultationes, Universis in Societate præ-
 & C. 4. D. 5. scriptum est; ut orent quotidie per horam,
 h C. 8. D. 38. § quod summo mane peragitur, h &
 §. 4. & R. supponitur in pia meditatione consistere. i
 Præp. 49. & Præterea binis horæ quadrantibus, in dies
 Rect. 45. singulos, discutienda conscientia est; l quo
 i P. 4. c. 4. B. tempore nullus vagetur extra cubiculum.
 & C. 8. D. 38. Diebus tamen festis, ubi habita est concio,
 §. 4. & R. matutinum Examen ex præscripto non fiet.
 com. 1. l P. 3. c. 1 §. 1. m Peculiari cura exerceatur Examen parti-
 & P. 4. c. 4 §. culare, si non diverso, communi saltem
 3. & C. 4. D. 5. utriusque Examinis tempore. n
 m C. 7. D. 25. §. 2. & Or. c. * 4. Non visum est præscribere, ut om-
 4. §. 1. nes in unum locum, orationis hujus causâ,
 n In ad ap. conveniant: nisi fortè instituatur extraor-
 Consc. §. 8. & dinaria, pro re nata, ad tempus. o Verùm
 Cl. c. 3. §. 5. tempore orationi, & reliquis exercitiis as-
 * *Locus Ora-* signato, sit aliquis qui observet, num om-
tionis & Visita- nes iis vacent: quod etiam Minister, &
tores. ipsemet Rector aliquando faciat. p Hæc
 o C. 1. D. 98. autem visitatio debet esse quotidiana, nec
 & C. 4. D. 59. ulli dandum, ut ad libitum dormiat: sed
 p R. Præp. 50. suum cuique statum tempus surgendi,
 & Rect. 47. orandique definitum sit, & Superiori con-
 & In. 13. c. 1. §. 1. stet. q
 q C. 7. D. 25. §. 1. 5. Ad SS. etiam Litanias ex vetusta con-
Oratio Vocalis. suetudine quotidie conveniendum; quibus
 r C. 9. D. 7. nonnulla precum additamenta Congregat.
 & C. 10. D. 14. Generales decreverunt. r Huc referri etiam
 & C. 12. Act. po-

potest Benedictio mensæ, & Gratiarum actio; de quibus constitutum est, fieri debere in Refectorio, stando, ac devotè, juxta ritum Romanum communem: quod ita temperandum est, ut in privata, & secunda mensa antiqua, & consueta Benedictio retineri possit. De Honoris Canonicis dictum est supra Part. 2. Cap. 4. Sect. 5. §. 6. & rursus dicitur, cum de Choro Part. 5. C. 1. Sect. 6.

6. Quotannis verò omnes vacent exercitiis spiritualibus, per octo, vel decem dies continuos; superatis omnibus difficultatibus, quæ aliquando obstare possent: ita ut neque negotiis, neque confessionibus eo tempore distineantur: serveturque Exercitiorum methodus, præsertim in recessu ab omnibus; commendaturque executio P. N. Horum porrò Exercitiorum ratio, non modò in ipso Exercitiorum libello scripto à S. Fundatore, atque approbato à Paulo III. pag. 32. sed & in Directorio fusè explicatur; quod Directorium in Con. 5. expensum est. Concessa est etiam Indulgentia plenaria tum Nostris, tum Externis eadem Exercitia, saltem per octo dies, obeuntibus in nostris Aedibus. In gratiam vacantium Exercitiis spiritualibus, nec non & Convalescentiam,

§ P. 3. c. 1. §.
5. & C. 1. D.
99. & C. 4.
D. 60.

*Exercitia spiri-
tualia.*

† C. 6. D. 29.
§. 2. & Cl. c.
3. §. 3. & In.
13. c. 1. §. 4.
& C. 7. D. 15.
§. 4. & C. 8.
D. 38. §. 1. &
Or. c. 4. §. 20.
¶ Præf. ad Di-
rect.

* Alex. VII.
Br. 2. Oct.
1657.

tium, permissus est Domibus Professis
 y P. 6. c. 2. §. hortus suburbanus, in quem illi se recipiant.
 5. y De Exercitiis, quatenus Externis tradenda sunt, agetur infra Part. 5. C. 1. Sect. 8.

S E C T I O II.

De Verbo Dsi.

Lectio spiritualis.

z C. 7. D. 25.

§. 3. & R. com.

1.

a Cl. c. 3. §. 6.

7.

b P. 3. c. 1. §.

5. & E.

c C. 8. D. 47.

Litera Anna.

1. **L**ectio spirituali designatus est quædrans integer ante Examen vespertinum. z Extraordinaria etiam ad renovandum spiritum commendatur. * Eadem adhibeatur in mensa, ut dum corpus edendo reficitur, sua etiam animæ refectio tribuatur, libro aliquo pio potius, quam difficili: vel id temporis aliquis concionabitur; aut literæ, quæ ad ædificationem faciunt, legentur. b Videndæ Regulæ Præfecti Lectorum ad mensam in Cod. Reg. pag. 225. ubi distinctè traditur legendorum Librorum distributio, & alia in hanc rem. Martyrologium verò insequentis diei, quod olim vesperi legebatur, jam manè legendum est. c

2. Literæ autem proximè indicatæ sunt potissimum, quæ continent virtutes & gesta Nostrorum, & spargi per Societatem debent. Id autem ut ordine fieret, quartum cujusque

cujusque mensis initiis bina exempla hujusmodi literarum vernaculâ, & latinâ lingua mittenda erant ad Provinciale, & Generalem, ut aliàs præscriptum est. *d* Sed excreſcente nimium quadrimeſtrium literarum numero, placuit annuas tantum eſſe; & exempla totidem fieri, quot nationes P. Generalis deſignaviſſet. *f* Contractæque iterum ac poſtremò ſunt; ut ſingulæ è ſingulis Provinciis in urbem mitterentur: ubi per aliquem è Patribus, alendum in Collegio Romano communibus expenſis, ex illis confeſtæ aliæ literæ ad Provincias permearent; atque ad minuendas expenſas imprimerentur. *g* Diſtinctius hæc habes in Cod. Reg. pagin. 164. ubi in formula ſcribendi, de annuis literis ſcribendis, contrahendis, mittendis plura conſtituuntur; Et quo pacto Secretarius Societatis illas curare debeat, habes c. 9. Regularum ipſius. Illud poſtremò monemur; ne ulli Externo, quavis occaſione, hæc literæ communicentur. *h*

3. Singulis, vel alternis hebdomadis exhortationem Noſtris, vel Superior ipſe faciet, vel aliquis alius, qui rationem noſtri Inſtituti benè teneat: in qua agatur de Obſervatione Conſtitutionum, & Regularum, de caritate, humilitate, & aliis

Q vir-

d P. 8. C. 1. §. 9. & M.

e C. 2. D. 37.

f C. 2. D. 54. §. 1.

g C. 4. D. 38. & C. 7. D. 19.

h Or. c. 4. §. 11.

Exhortationes
& Conciones.

i P. 3. c. 1. §.
21. & 28. &
R. Præp. 25
& Rect. 24.
& C. 6. D.
40. §. 3.
l Cl. c. 3. §. 1.
& 5.
m P. 3. c. 1. 8.
& R. Conc. 13.
n R. com. 2.

virtutibus: tametsi exhortationis loco spiri-
tualis collatio eisdem de rebus aliquando
haberi potest. Commendatur autem, ut
hujusmodi exhortationes seriæ sint, & cor
ipsum petentes; l Minimè verò attingant
reprehensionem alicujus particularis, vel
ipsius Societatis. m Præterea omnes con-
cionem, lectionem, ve. sacram, cum in
Templo nostro habebitur, audiant. n

S E C T I O III.

De Sacramentorum Usu.

Confessio quàm
frequens.

o P. 6. c. 3. §. 2.
p Ex. c. 4. §.
25. & P. 1. c.
1. §. 11. & Q
& P. 4. c. 4. §. 3.
& 4. R. & com.
3 & R. Min. 9.

q R. Sac. 3.

Cui faciendæ.

r Paul. III.
P. 41.

1. S Ed potissimum adjumentum spiri-
tualis profectus est usus Sacramen-
torum, quorum frequentatio commenda-
tur. o Et Confessio quidem debet usurpari
saltem octavo quoque die ab omnibus: &
ad eam intra designatum tempus non acce-
dentibus subtrahatur cibus corporis, donec
cibum spiritus sumant. p Sacerdotes verò
debet sæpius in hebdomada confiteri. q

2. Confessio autem fieri debet vel pro-
prio Præposito, vel ab eo deputatis; nisi
super hoc à dicto Præposito alium Confes-
sarium eligendi facultas habeatur. r Cete-
rum Confessarius sit unus omnium. Quod
si fieri non potest; quisque certè suum sta-
bi-

bilem Confessarium habeat ; cui ipsius conscientia prorsus aperta sit. Qui autem alii, quam suo Confessario designato, confiteretur ; debet postmodum eidem suo Confessario totam suam conscientiam aperire. Quia verò Clemens VIII. decreverat singulis Religiosis plures Confessarios designari ; ex Decr. 51. Con. 5. petita, obtentaque est ab eodem Pontifice vivæ vocis oraculo dispensatio ejus Decreti. Cujus dispensationis firmitati ut meliùs consuleretur, novum super hac re à Summo Pontifice Indultum petendum esse statutum est. "

3. Confessarii verò, qui fuerint designati non ignorent quos casus sibi Superior reservet : * à quibus vi Bullæ Cruciatæ Nostri absolvi nequaquam possunt. Quod si contrarium aliquis tamquam probabile docuerit, ut Societati maximè noxius, debitis pœnis à Provincialibus coërcendus. 7 Casus autem in Societate reservati enumerantur D. 51. & 57. Con. 5. & Or. Cap. 5. Quæ loca emendanda alicubi sunt juxta Decr. 43. Con. 9. & Decr. 21. Con. 11. Et quamvis Reservatio aliorum Casuum sit interdicta Superioribus à Clemente VIII. solum apud Nos Congregationi Generali permessa, & at idem Pontifex voluit licere Superioribus determinare pœnitentias gra-

Q 2

vès 43.

1 P. 3. c. 1. §. 11. & I. & Q. & P. 6. c. 3. §. 2.

1 Or. c. 5. tit. 2. §. 2. 2 C. 8. Act. 115. & C. 9. Act. 26.

Peccatorum Reservatio.

1 P. 3. c. 1. §. 11. & C. 2. D. 60. & C. 5. D. 17. & 22. 2 C. 6. D. 5.

2 Or. c. 5. tit. 1. §. 3. & C. 5 D. 82. & For. Con. Prov. §.

a Or. c. 5. tit. 1. §. 7.

vēs quibusdam peccatis, etiam non reservatis, imponendas à Confessariis. *a* Absolutionis à reservatis praxim habes cap. 6. Ord. cum additamento Decr. 25. Congreg. 8. & Decr. 17. Con. 12. ejusdemque Act. 4^o.

sigillum Confessionis.

4. Demum pro reverentia, quā semper Societas nostra coluit hujus Sacramenti inviolabile sigillum, & libertatem, omnes Superiores diligenter cavere debent: ne vel ipsi, vel Nostrorum aliquis extra Confessionem utatur notitiā, per Confessionem habitā; licet id fieri posset sine ulla revelatæ confessionis suspitione; ut nonnulli docuerunt aliquando licere. *b* De officio Confessarii, & Præfecti rerum spiritualium agetur infra Part. 7. c. 4.

b Or. c. 5. tit. 1. §. 6. & In 5.

Indulgentia.

5. Huc faciunt plurimæ indulgentiæ hominibus Societatis communicatæ; quas legere est in Compendio Privil. V. Indulg. Illa tamen, quam in disciplinæ gratiam indulsit Pontifex, hic non silenda. Ne igitur Socii nostri, ad lucrandas Indulgentias, cogantur accedere ad Ecclesias Civitatum, in quibus degunt, & inter utriusque sexus populos promiscuè versari non sine religiosæ decentiæ, ac functionum suarum dispendio; illis concessum est, ut in suis Ecclesiis orantes lucrentur omnes, & singulas Indul-

Indulgentias, quas consequerentur, si Ec-
clesias locorum, in quibus commorantur, p. 195.
diebus ad id designatis visitarent. *c*

6. Missa quotidie ab omnibus audienda
est, *d* & ad Communionis Sacramentum
octavo quoque die accedendum erit; nisi
Confessario aliquod esse impedimentum
videretur. *e* Curabitque Minister obser-
vari, an omnes die statuto communicave-
rint; & si quis præscriptæ Communioni,
non satisfaceret, intelligat à Superiore,
num subtrahendus ei sit cibus corporis,
donec cibum spiritus sumat. *f* Frequentiùs
communicare non nisi peculiare ob causas,
& potiùs necessitatis, quàm devotionis ha-
bita consideratione, Scholasticis permitta-
tur. *g* Iis verò, qui literis non dant operam,
longè faciliùs concedi potest; ut etiam in-
tra hebdomadam communicent; & Præse-
cto rerum spiritualium, aut Confessario
delegari, ut id concedat. *h*

7. Ut in vita universa, ita & multò ma-
gis in morte unusquisque de Societate eniti,
& curare debet; ut in ipso Deus, ac Domi-
nus Noster JESUS-CHRISTUS glorificetur;
ipsiusque beneplacitum impleatur; & proxi-
mi ædificentur, saltem exemplo patientiæ,
ac fortitudinis, cum fide viva, ac spe, &
amore bonorum æternorum. Sed quia mor-

c Greg. XIII.
p. 195.

Eucharistia.

d P. 4. c. 4. §. 3.

& R. com. 2.

e Ex. c. 4. §. 25.

& P. 3. c. 1. §. 11.

& P. 4. c. 4. §.

3. & R. Præf.

Spir. 8.

f R. Min. 9.

g P. 4. c. 4. E.

& R. Rect. 34.

h R. Rect. 34.

*Sacramenta
extrema.*

i P. 6. c. 4. §. 1.
& R. Infirm.

13.

l P. 6. c. 4. §. 2.
& A. & R. In-
firm. 14.

Exequia.

m P. 6. c. 4. §.
3. & B. C. &
R. Infirm. 15.

bo etiam vires animi infringuntur; subsidium fraternæ caritatis non desit: & sollicitè advertant Superior & Infirmarius; ut, qui de vita periclitatur, antequam usu iudicii privetur, omnibus sanctis Sacramentis acceptis, ad transitum à temporali vita ad æternam se muniat. Juvari etiam debet orationibus Domesticorum; donec animam suam Creatori reddat: è quibus aliqui delecti sint peculiarius; ut adsint Infirmo, & suggerant opportuna ad eum juvandum: & cum aliter juvari non poterit, eum Domino commendent; donec ejus animam dignetur ad se recipere. /

8. Posteaquam quis expiraverit, corpus ejus, usque ad sepulturam, decenter teneatur spatio diei naturalis; nisi mali odoris ratione, aliquot horis anteverti hoc tempus posse, Superiori videretur. Officium defunctorum pro eo dicetur; ut fert usus, tono mediocriter alto, sine cantu; præsentibus in Ecclesia Domesticis, cum suis candelis accensis; quo absoluto coram iisdem pro more sepeliatur. *m* De Missarum autem, & Orationum suffragiis dictum est Part. 2. C. 4. §. 5.

EB